

Aduertencias para

tatum consuetudo, qua damnatis ad mortem negatur Sacramentum Eucharistiae. Potest. n. adhibita cautela illis administrari sine Sa- cramento irreuerentia, putà, si pridiè anteq; morte afficiantur, hoc salutifero Sacramento reficiantur. Vnde dicitur in Manuali Salma- ticæ impresso. Dānatis ad mortem debet da- ri Eucharistia, & curet Parochus, vt id fiat an- te diem supplij. Nam sic statuit Pius. 5. mo- tu proprio. Et lex Regni nona Tit. 2. lib. 1. Recopilationis.

Tertio scire debet Parochus, q̄ secūdus ef- fectus ex priori consequē est præseruare ho- minē à peccatis, tā mortalibus quā venialibus. Quia sicut natura corporalis roborata per alimentum debitē sumptū resistit melius no- ciuīs, non solum mortem inferentibus, verū etiam ad mortem disponentibus. Sic anima per hoc Sacramentum debitē roborata non tā tum resistit peccatis mortalibus, mortem Spi- ritualem culpe in ferētibus, verum etiam ve- nialibus ad mortem disponentibus, vt patet Psal. 22. vbi dicitur. Parasti in conspe&tu meo mensani aduersus eos qui tribulat nos id est aduersus incursus Demonis, & carnis, quibus impelor ad peccandum. Et Ioan. 6.

Hic